



# Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCCCXXVI. Die Markgrafen von Brandenburg, Woldemar und Johann,  
bestätigen die Stadt Stolpe in Pommern am 2. Februar 1313, welches  
Herzog Wartislav von Pommern im Jahre 1317 transsumirt.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCCCXXVI. Die Markgrafen von Brandenburg, Woldemar und Johann, bestätigen die Stadt Stolpe in Pommern am 2. Februar 1313, welches Herzog Wartislaw von Pommern im Jahre 1317 transsumirt.

In nomine Domini, Amen. Ne actus humani plerumque cum fluxu temporis evanescent, consuevit hoc naturalis industria sagaci provisione, videlicet proborum virorum testimonio et scripturarum authentico posterorum memoriae commendare. Ea propter nos Woldemar et Joannes D. G. de Brandenburg et Lusaciae Marchiones, omnibus Christi fidelibus, praeiens scriptum visuris vel auditoris, volumus esse notum, Quod, cum primum nos nostrique progenitores civitatem Stolp honestis viris Dethberno de Surekow, et Joanni ejus filio, nec non Joanni Darlow dictis, commisimus gubernandam, tunc eidem civitati et burgenibus sive civibus inibi residentibus univ[er]sis, tam praesentibus quam futuris, subscriptas dedimus donationes, omnes et singulas specialibus nominatas nominibus, cum omni judicio, jurisdictione, usufructu, plena et integra proprietate nihilominus et libertate, perpetuis temporibus pacifice possidendas, quas equidem praesentis scripti pagina nunc prout tunc ratificando, duximus innovandas. Primo quidem ducentos mansos, de quibus centum pertinere debebunt ad agriculturam, et quinquaginta ad areales agros, Worde-landt vulgariter dictos, et quinquaginta ad lingna et pascua ipsi civitati duximus apponendos. Item dedimus civibus ejusdem sexaginta mansos prope longum aquae Stolp fitos in silva Lysnitze ad concutoria ligna, Heyneholtz vulgariter dicta, et cum hoc quadraginta mansos specialiter ad lingna et pascua, ubicunque ipsi cives eos emendo poterunt comparare. Hos siquidem mansos in numero trecentos praedictae civitati ac civibus ipsius cum omni judicio, jurisdictione, usufructu, plena et integra libertate ac proprietate dedimus habendos perpetuo, ut superius est expressum. Indulsumus etiam insuper praefatis civibus, ut in praenominata civitate et intra singula propria ejusdem civitatis jus habeant Lubecense, quo quidem jure iidem cives una cum Advocato univ[er]sos et quoslibet excessus et causas quascunque debebunt integraliter judicare. Praeterea dedimus eidem civitati et civibus ipsius aquam Stolp, dictae civitati aequivocam utraque parte superius et inferius totaliter, a nullo unquam tempore aut homine molendinis vel pascuaculis, vulgariter Wehre dictis, aut alio quocunque obstaculo, quod dictae civitati nocivum esse poterit, impedi[m]endam, seu aliqualiter obstruendam. Similiter et ab utroque quolibet latere dictae aquae Stolp usque in salsum stagnum, liberum meatum tractualem, quod in vulgo dicitur eyu Freyengang, latum scilicet de quinque perticis seu virgis Geometralibus, dedimus atque damus, conditione hujusmodi nihilominus adhibita, videlicet quod si aliqua dissensio aut rixa contingat, ita quod forte praedicti cives vel eorum servi litigent super dictum meatum, hanc dissensionem Advocatus et borgenses saepe dictae civitatis utriusque judicabunt. Caeterum dimisimus et dimittimus praedictis civibus sex naves, vulgo Bordinge dictas, in praenarrato sallo stagno ad piscaturam et ad quoslibet alios usus omnino libere possidendas. Ne autem super hujusmodi nostra donatione per nos rite facta cuiquam dubium valeat in posterum suboriri, praesentes literas super eo confectas dedimus nostri sigilli munimine roboratas, quibus etiam nos, praescriptus Mar-

chio Joannes nostrum apponere non differemus sigillum, cum ad annos pervenerimus aetati legitimae deputatos. Hujus quoque facti testes sunt fideles Droyseko, Ludolphus de Wedell, Egbertus Ramele, Petrus de Niegenborg, milites, Sloteko nostrae Curiae Protonotarius cum aliis pluribus fide dignis. Actum et datum Spandow, anno Domini Millefimo Trecentesimo Decimo Tertio, in die Purificationis beatae Mariae.

Transumptum est hoc privilegium a Wartislao, Duce Slavorum, Cassuborum et Pomeranorum. Testes fuerunt Reverendus Vir Dominus Conradus Caminensis Ecclesiae Electus, Jo. Bere Mariscalcus ac Monarchus de Boene, Jo. Bere de Benekow, Byphro de Strackomin, milites et alii plurimi fide digni[s]. Actum et Datum in clauetro Belebuck, anno Domini M. CCC. XVII. Die Dominica, qua cantatur: Memento mei Domine in beneplacito.

Nach Schoettgen et Kreyfigii Diplom. III, 23.

**CCCCXXVII.** Woldemar, Markgraf von Brandenburg, verkauft dem Könige Erich von Dänemark die Hälfte des Thurmes zu Warnemünde, am 20. Februar 1313.

Vniuersis, ad quos presens scriptum deuenerit, innotescat Quod nos Woldemarus dei gracia Brandenburgensis, Lusatiae et de Landesberg Marchio, nostro ac illustris Johannis, Marchionis Brandenburgensis, nomine, Excellenti Principi Domino Erico, Danorum Regi, nostro auunculo karissimo, vendidimus iusto venditionis titulo medietatem turris in Warnemunde fluído constructe, pro quinque milibus marcarum argenti Brandenburgensis et ponderis eiusdem, Cuius summe solucio debet fieri isto modo. Quingentas marcas argenti et ponderis predicti dictus Rex nobis persoluet de pecunia, quam ciues de Sundis in festo beati Johannis baptiste proximo sibi dare tenentur, et duo millia marcarum atque quingentas marcas argenti et ponderis predictorum in festo beati Jacobi proxime subsequenti de pecunia, quam ciues de Roztock sibi ipso termino dare tenentur, similiter nobis persoluet, ac duo milia marcarum argenti et ponderis presati dictus Rex in ciuitate Sternenberg a festo beati Martini proximo usque ad annum continuum (persoluet). Pro deductione quoque huiusmodi pecunie totalis securitatem nobilis dominus Henricus de Mekelenborch usque ad vnam municionum nostrarum fidelem prestabit. Si vero predictae pecunie ex parte civium de Rozstok et Sundis solucio facienda dictis terminis non fuerit adimpleta, extunc Nobilis vir dominus Henricus de Mekelenburch, noster affinis predictus, predictae turris medietatem et possessionem nobis promisit et tenebitur reddere et promissum pro dicta pecunia factum censetur fore nullum, et huiusmodi restitucio turris fiet sub modis et condicionibus stantibus, dum res foret integra, sic ut litere super hoc inter nos date fatentur. Preterea si summa predicta ex parte civium predictorum danda sub terminis prescriptis nobis persoluta fuerit et solucio duorum milium marcarum in ciuitate Sternenberg suo termino nobis facienda fuerit retardata, tunc predictus dominus Rex ac illustris